

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie k  
cum fonte primo

Non diuisim, non separatim  
tempus messis hoc faciet.

Audiant ergo ista peccatores et iusti,  
gentes et qui habitant orbem,  
*terrigenae et filii hominum,*  
*simul in unum diues et pauper,*  
non diuisi, non separati.  
Tempus messis hoc faciet,  
manus uentilatoris hoc poterit.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*,  
48.1.3 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds.,  
p.553, ll.52-56).

Diuites intellige superbos, pauperes humiles.  
Habeat multas pecuniarum facultates.  
Si in eis non extollitur, pauper est;  
non habeat aliquid et cupiat et infletur;  
inter diuites reprobos eum deputat Dominus  
quia diuites et pauperes in corde interrogat Deus,  
non in archa aut in domo.

Diuites intellege superbos, pauperes humiles.  
Habeat multas facultates pecuniarum;  
si in eis non extollitur, pauper est;  
non habeat aliquid, et cupiat et infletur,  
inter diuites et reprobos eum deputat Deus.  
Et diuites et pauperes in corde interrogat Deus,  
non in archa et domo.

Glossa Augustini super illud Psalmi LXVIII.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*,  
48.1.3 (CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds.,  
p.552, ll.16-20).